

PRAELECTIONES HIEMALES
TAM PUBLICAS QUAM PRIVATAS
DEO BENE IVVANTE HABENDAS

RECTOR

ACADEMIAE LYDOVICIANAE
D. ERN. FRIDERICVS
NEUBAVER

S. THEOLOGIAE ARCHAEOLOGIAE PHILOGIAE SA-
CRAE ET ORIENTALIS PROF. ORD.

ALVMNORVM PRINCIPALIVM EPHORVS
SYNODIQVE DEFINITOR

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

RITE INDICIT

AD EAS SEDVLO AC DILIGENTER AVDIENDAS

GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE

ACADEMIAE CIVES


PERAMANTER INVITATVRVS.

P. P. DIE XI. SEPT. 1746.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I S S A E

TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Fac. Theol. & totius acad. Senior.

IN disputationibus theol. publice habendis, quas nuper coepit, ut & in lectionibus *privatis* quoad H. E. Nov. Test. perstrenue perget; neque Theologiam Positivam desiderantibus, si libet ac licet, deerit, imo & lectiones biblicas, olim ad librum Iobi continuatas, per instans semestre, Deo auxiliante, ulterius continuabit.

REINR. HENR. ROLLIUS, D.

Prof. publ. ord.

Absoluta bono cum Deo, *lectionibus publicis*, *Harmonia historia resurrectionis Christi*, in eo totus erit, ut & *commentationes in historiam Ecclesiae novissimam*, ad celeberrimi CYPRIANI ductum, hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri ad finem feliciter perducantur. *Exercitium quoque disputatorium in Syllogem Fechtianam*, horis quibusdam separatis, continuabit, ipsasque theses breviter simul enucleabit. *Privatim* scholas dogmaticas in BAIERVM, methodo sibi consueta, de novo aperiet, dictaque, ut firmitus inhareant, examine quotidiano inculcare studebit.

() ; (*)

90

D. IO. HERM. BENNER

b. a. Decanus.

H*ermeneuticis disputationibus*, totidem novas addet *pu-*
blice, quot erunt nomina Dn. Commilitonum. *Pri-*
uatim de beatitudine aeterna exorsurus, reliqua fidei dog-
mata absoluet. *Moralem* theologiam finiet. *Exegesi*
& reliqua, volentibus offert. Successum Deo commen-
dat, cuius misericordiam expertus est.

D. ERN. FRID. NEUBAVER,

Theol. Prof. ord.

D*isputationes publicae in MENZERI quaestiones theol.*
ad Aug. Conf. potiora theologiae theticae & anti-the-
ticae capita complexas, sedulo continuabit, a disp. XIV.
incepturus. *Priuatim* partem II. & III. theologiae dogma-
ticae BAIERIANAE, Deo duce & auspice, tradet, ad
exegetica quoque paratus.

In Facultate Iuridica.

D. IO. FRIED. KAYSER,

In Regimine & Consistor. Eccles. Director, Jur. Prof. P. Ord.
& Primar. nec non rerum Oeconomicarum in Alma Lu-
doviciana Inspector perpetuus.

Quantum per labores practicos licebit, Nobiliss. Dn.
Dn. Commilitonum studia promouere non desistet,
inprimis vero operam dabit, vt lectionibus priuatissi-
mis,

mis & publicis disputationibus expectationi publicae a se satis fiat.

**D. FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,**

P. P. O. Acad. Synd. & h. t. Decanus.

Publice exercitia disputatoria per aliquod tempus hucusque intermissa instaurabit. *Privatim Digesta secundum BOEHMERVM, ius publicum vero & feudale ducibus MOSERO & SENCKENBERGIO interpretabitur.*

D. IO. ERNEST. HOEPPNER,

Prof. Jur. Ord.

Publice Historiam Juris juxta Ill. KOPPII compendium exponet. *Privatim Jus publicum Imperii Romano Germanici secundum Principia Mascoviana docebit: in Jure Civili autem ad Ill. BOEHMERI Jus Digestorum commentabitur.*

IO. CHRISTOPH. BALSER,

P. P. O.

Publice hora II. Elementa juris feudalis duce perillustri D. SENCKENBERGIO interpretabitur. *Privatim* hora IX. lectiones praeterlapso semestri coeptas ad jus canonicum & hora X. ad Digesta continuabit. *Præterea in aliis quoque Nobil. Du. Commilitonum desideria explere sataget.*

GEORG.

*) 1 (*

GEORG. WILH. WAGNER,

I. V. L. & Prof. extraord. nec non Facult. Iurid. Assessor.

Iis, quae in elementis iuris ciuilibus B. HEINECII exponenda restant, propediem absolutis, simul eadem de nouo inchoabit. In Ill. BOEHMERI Digesta duabus per diem horis commentabitur, eademque hoc semestri absoluet, iunctis examinibus ac disputationibus, quo fundamenta iuris eo ponantur solidius. Nec aliis laboribus ex officii ratione, & Praenob. Dnn. Commilitonum votis suscipiendis, sese subducet.

In Facultate Medica.

D. IO. CAS. HERTIVS, P. P. O.

Siquidem Deo ipsi sanitatem viresque restituere placuerit, non deerit Nobiliss. Dn. Commilitonibus, operam potius daturus, vt in iis, quae sibi impositae sunt, partibus, cum publice tum priuatim ipsis satisfiat.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Med. D. & P. O.

IN viribus medicamentorum explicandis strenue perget, pariter ac institutionibus artis seruandorum hominum & practicis praelectionibus. Doctrinam signorum vero publica interpretatione annotationibus variis ac observationibus illustrabit.

In Facultate Philosophica.

IO. LVDOVICVS ALEFELD.

Philos. naturalis Prof. ord.

In lectionibus publicis ad partem Physices specialem iam progredietur; vbi, praeter cetera huc pertinentia, phaenomena inprimis corporum coelestium diligentius exponet, & ad ea in coelo ipso contemplanda auditores subinde in obseruatorium domesticum deducet. Labores *privatissimos* sedulo continuabit; nec illis deerit, qui alios, vel priuatim, vel priuatissime suscipiendos, sibi expetierint.

D. ERN. FRID. NEVBAVER,

b. t. Decanus.

Quantum per negotia Rectoralia licuerit, siue in *graecis*, siue in *ebraeis* atque *orientalibus*, siue denique in *antiquitatibus*, honoratissimorum Dn. Commilitonum desideriis satis facere non intermitteret.

ERNESTVS THOM,

Philos. actiuae P. O.

H. *Koebleri ius naturae* publice interpretabitur. Priuatim *Winckleri institutiones philosophiae Wolfianae aeternae* denuo exponere instituet, & *Heineccii ius gentium*, quod elementa iuris naturae subsequitur, pertractabit.

CHRI.

CHRISTIANVS FRID. MEIS,

J. V. D. & Prof. Philos. ord.

Publice historiam vel recentissimam vel universalem exponet. Privatim suam operam desiderataris satisfaciet.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Matheseos P. P. O.

Baumeisteri *Logicam & Metaphysicam*, ut & *Mathesin puram* secundum ductum Perill. L. B. de Wolf explicabit. Desiderantibus Collegium *Astronomicum*, aut *algebraicum* offert.

HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

utr. Eloqu. P. P. O.

Publice stili latini exercitium Horatio & Cicerone ducebibus instituat. Privatim Eloquentiam auctore Heineccio & Oratoriam ad institutiones Gottschedii vberius, qua proximo semestri spatio factum est methodo: denique in priuatissimis, quae restant materiae, tradam.

CHRISTOPH. LVD. KOCH,

Jur. V. Lic. Prof. Histor. Ord. & Jur. Extraord.

Biblioth. Acad. Praefect.

Publice *Historiam Regnorum & Reipublicarum Europae* duce Ill. GEBAUERO enarrare strenuo perget.
Privatim

Privatim *Historiam Imp. Rom. Germ. recentem & recentissimam* praesente cel. SCHMAVSSIO eiusque continuatore, Ill. BVDERO exponet, & non solum in potiores leges Imp. Pacem Religiosam, Westphalicam, Neomagensem, Rysvicensem &c. ac Imp. Capitulationes commentabitur; sed illustres etiam seculi, quo vivimus, controversias studiosius proponet, eoque instituto Praenob. Dnn. Commilit. commoda non vna ratione promouebit, Praeterea *Historiam Hassiae* desiderantibus praeleget, nec minus viam ad *notitiam rei & artis diplomaticae* singulari collegio commonstrabit. *Bibliothecas publicas* statis diebus in vsus communes aperiet, non defuturus iis, qui reclusis his thesauris, rei literariae operam sunt daturi. *Lectiones iuridicas, iuris nempe feudalis & publici* ex valuis publicis indicabit.

Praeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculenta *equitandi, pugnandi gladio; saltandique,* palaestra, *Gallicae item & Italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO
 300 EAST 57TH STREET
 CHICAGO, ILL. 60637